Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36541
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

posse beatitudinem putat. Si uero non intelligo quomodo non possit uelle aliud. Q. Cur non
uult aliquid non propter se. quia uidetur uelle. s. propter aliud. quod propter uidicando eo uelle an illud
quod dicit uelle. an illud propter quod non uult. Illud utique propter quod uidetur uelle. Q. Quid uult
aliquid propter beatitudinem non aliud uult quam beatitudinem. Quare non potest quod putat propter eam
ad beatitudinem non sola beatitudinem uelle. R. Satis est planum. Q. Quero adhuc an
accepta hac sola uoluntate. possit non uelle beatitudinem. R. Hic potest utrumque simul.
et uelle et non uelle. Q. Verum est. si non hoc quero. s. quero an possit deserere hanc uoluntatem. et mouere se de uelle ad non uelle. beatitudinem. R. Siquidem hoc facere nolens. non ipse
facit. Si uero nolens aliud uult. quam beatitudinem. Si non uult aliud. Quare manifestum puto
quia nullatenus potest per se non uelle id quod solum accipere uelle. Q. Bene intelligis. Si respon-
de mihi adhuc si potest non uelle beatitudinem quanto maiorem eam intelleget quisque non
beatitudinem uult. et non potest non uelle beatitudinem. R. Si non tantomagis uellet beatitudinem quanto meliorem ac maiorem illam putaret. aut omnino non uellet beatitudinem
aut uellet aliquid aliud. propter quod meliorem nollet. Si dicimus quia illam uult et non aliud. Q.
Vult quia est beatitudo quanto alium hoc esse posse cognoscit. R. Procul dubio uult. Q. Ergo
uult simulque esse dico. R. Hic patet apertius. Q. Quid ut uideatur. an est iniusta uoluntas si
hoc mihi simulque uellet esse deo. R. Hec iusta uolo dicere. quia uellet quod non deberet.
nec iniusta. quia ex necessitate uellet. Q. At cum quia uult beatitudinem sola. et moda
tantum uelle possum. Si ergo ille quisque uellet non et moda non posset habere maiora
et uerora. uellet minora quibuscumque uti posset. R. Immo non posset. non uelle quem
libet infima si maiora non posset. Q. Hic ne cum uellet et moda infima et immunda.
quibus irrationabilia animalia delectantur esset eadem uoluntas iniusta et uituperabilis.
R. Quomodo iniusta aut reprehendenda uoluntas esset. quia uellet quod non posset non uelle acce-
pisset. Q. Voluntatem tamen ipsam siue cum uult summa et moda siue cum uult infima
et stat esse opus et donum dei. sic esse uera aut sensibilitas. et non esse in ea iusticiam siue in
iusticiam. R. Hic esse dubium. Q. Ergo in quantum essentia est bonum aliquid esse. quantum id ad
iusticiam pertinet siue iniusticiam nec bona mala est. R. Hic patet clarius. Q. Si non
debet esse beatus si non habet iustam uoluntatem. Immo non potest perfecte esse nec lau-
dabiliter beatus. quia uult quod nec potest nec debet esse. R. Multum patet. Q. Considerem
quod de iusticie uoluntate si daretur eadem angelo. uelle solum quod eum uelle et non
deberet. an posset aliud uelle aut si posset non uelle per se. quia accepisset uelle. R.
Omnino quod uidimus in uoluntate beatitudinis. necesse est in hac quoque uoluntate